tulit. et pro trangreſſoribus orauit: Ecce quomodo agnus iſte innocens et manſuetus in omnibus preſſuris verbuȝ noue benedictionis qḋ a ſeculo non eſt auditum ſup̄. inimicos ſuos ex habundancia pietatis effudit dicens: pr̄ ignoſce illis ꝛc. et in hoc bonus doctor fecit ꝙ prius facē docuit. naȝ Mat. 5. dixit diligite īimicos vr̄os. bn̄facite hijs qui oderūt vos. et orate pro pſequētibꝰ et calūniantibꝰ vos. qḋ ergo v̊bo iuſſit hoc mō̄ implet ope. vt nos doceat verbo et exēplo. O xp̄iane reconde diligent̄ in corde tuo. hoc v̊bū et quocienſcūqȝ ſeuiūt ꝯtra te īimici tui memorare illiꝰ v̊bi dn̄i nr̄i ih̄u xp̄i et ſic ipſe orauit p̄ occiſoribꝰ ſuis. ita et tu. ipſius exemplo ora p̄ detractoribꝰ et q̇buſcūqȝ adu̇ſarijs tuis Et circa hoc qḋ dicit: qꝛ neſciunt quid faciūt dic Nicol. de lira. ꝙ erāt ibi aliq̇ ſīplices et illiterati a ſacerdotibꝰ iudeorū decepti qui pſeq̄bant̄ xp̄m zelo legis et p̄ iſtis orauit xp̄us. Alij aūt erant literati q̇ ip̄m eſſe chriſtum pbabilit̄ cognouerunt ſeu cognoſcere debuerunt. ſȝ ex exodio et inuidia fuerūt excecati. et xp̄m pſecuti ſūt. vſqȝ ad mortē. et p̄ illis non orauit dn̄s. huius orōnis figurā p̄miſit Moyſes dux pp̄l̄i. Exodi. 32 dicens aut dimitte eis hāc noxā aut dele me de libro in quo me ſcripſiſti. alia figa Nume. 16. ſcribit̄ ꝙ Aaron ſtās inter mortuos et viuos. orabat p̄ pp̄l̄o viſu Moyſi vn̄ dicitur ibidē. dixit moyſes ad aarō tolle thuribulū ꝛ hauſto igne de altari mitte incēſū deſup̄ pgēs cito ad pp̄l̄m vt oras p̄ eis. huiuſmodi figuras poteſtis dilatare iuxta hyſtorias ſic placet ſeq̄t: Erat aūt q̇ſi hora ſexta cū crucifixiſſent eum: Scripſit pylatus titulū in quadā carta qua affixit tabule et poſuit ſup̄ crucē iſtā tabulā more romanoꝝ. qui ſup̄ caput damnati ponebant ſp̄ cauſā dānationis Erat aūt ſcriptū. Jhus in quo exp̄mit̄ nomē ꝓpium nazarenus. quo ad pr̄iaȝ qꝛ ibi fuit nutritus rex iudeoꝝ. in quo exp̄mitur cauſa mortis hūc ergo titulū multi iudeꝝ legerunt. qꝛ ꝓpe ciuitatē erat locus vbi crucifixus eſt ih̄s. et erat ibi ſcriptū grece hebraice et latine. Gloſa vt hoīes qui de diu̇ſis ptibꝰ orbis ad feſtū paſce venerāt poſſent illū legē: dicebāt ergo pylato pontifices iudeoꝝ qꝛ videbāt ꝙ tal̄ modus ſcribendi redūdabat in v̇ecūdiā iudeoꝝ. ꝛ maxie ꝓpt̄ gētiles. q̇ h̄ v̊bū erāt reportaturi ad diu̇ſas ptes orbis Et iō voluerūt titulū ſic corrigere: Sed qꝛ ip̄e dixit rex ſū iudeoꝝ h̄ eī̄ mō nō ſanaret ī verecūdiā eoꝝ. rn̄dit pylatus. ꝙ ſcpſi ſcripſi. milites v̊o cū crucifixiſſent eū acceperunt veſtimēta ſua et fecerūt q̄tuor ptes vnicuiqȝ militi ptē et tunicā: figa huiꝰ Geñ. 38. fr̄es Joſeph nudauerūt eū tunica talari et polimita veſtis ſic dicta ꝓpt̄ multos colores ꝛ ymagines

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rotundas: qui potius a rotunditate dicit: Erat autē tunica in
conſutilis ſubtilis deſup contexta ꝑ totū. dixerūt ergo ad inuicē nō
ſcindam9 eā. ſʒ ſortiamur de illa cuius ſit. vt ſcriptura impleat
dicēs. ps. 21. ꝑtiti ſūt veſtimēta mea ⁊ in veſte mea miſerūt ſortē
Et milites hoc fecerūt. vt dic̄ Jo. 19. ſed alia veſtimēta in q̄tuor
ꝑtes diuiſerūt. Tunica illa inconſutilis facta fuit ꝑ totū. de illo
opꝫe quo fiūt bireta et q̄dam cirothece a beata v̓gine. que fecit
ſibi eā in puericia. et cū xp̄o creuit. Cuius v̓tutis fuit illa tunica
videte in lambardica .i. legēda ſanctoꝝ de paſſione dn̄i ante fi-
nem. Jſti milites fuerūt ſerui et ſtipendarij veroꝝ militū honoris
vocant̄ tn̄ milites. de hoc videatis. in hyſtoria triū regū. ca. 29
et ibi q̄uo fiūt milites paganoꝝ. O milites dyaboli ſatellites.
vbi eſt qđ docuit vos Jo. bap. dicens. Luc. 3. nemine cōcuciatis
in ꝑſona ledendo neqꝫ calūniā faciatis. famā tangendo. ⁊ cōtenti
eſtote ſtipēdijs vr̄is. tēpalia nulli iniuſte auferendo. Ecce nūc cru
delit̄ dn̄m gl̄ie denudaſtis. vn̄ pānū q̄ pingit̄ circa lūbos dn̄i
bt̄a v̓go mr̄ ei9 de capite ſuo ſūptū tradidit Seq̄t̄ i mat. ca. 27
Preteūtes aūt blaſphemabāt eū mouentes capita ſua et dicētes
vach qui deſtruis tēplū dei et in triduo reedificas illud. ſalua te
ip̄m ſi filius dei es. deſcēde nūc de cruce. Silr̄ et p̄ncipes ſacdo-
tum illudētes cuꝫ ſcribis et ſenioribꝫ dicebāt. Alios ſaluos fecit
ſeip̄m nō pt̄ ſaluū facere. ſi rex iſrahel eſt. deſcendat nūc de cruce
et credim9 ei. cōfidit in deū liberet eū nūc ſi vult. dixit em̄ qꝛ fi
lius dei ſū Jdip̄m ⁊ latrones q̄ crucifixi erāt cū eo īproperabāt
ei. noterꝫ ibi. ⁊ credim9 ei. iero. fraudulēta fuit illa ꝓmiſſio ma
gis fuit ſurgēs de ſepulchro. et nō creditis ei. Gre. Qui de cruce
deſcendere noluit. ſurrexit de ſepulchro plus fuit mortem reſur
gendo deſtruere q̄ꝫ vitam deſcendendo ſeruare. ibi: Si rex iſrahel
eſt deſcendat de cruce. ⁊ credim9 ei. hoc dixerūt ad inſtigationē
dyaboli. qui cōſiderans leticiā pr̄m in limbo paciam maximam
in xp̄o ꝛc. vt ſup̄ dictū eſt ibi: vbi vxor pylati miſit ad pylatū
et libent̄ ip̄m liberaſſet. et liberacōēꝫ nr̄am impediuiſſet. Am.
O ſtulti et ceci grex ſacdotū nūquid tua vincula pn̄t tenere quē
celū non pt̄ cape. an impoſſibile eſt ei de ꝑuo ſtipite deſcendere
qui deſcendit de celi altitudine. Tūc ibi in idip̄m ⁊ latrones ꝛc
improꝑabāt ei. dic̄ Luc. 23. vnus de hijs q̄ pendebant latroni
bus blaſphemabat eū dicens: Si tu es xp̄us ſaluū fac teip̄m et
nos. rn̄dens aūt alter increpabat illū dicēs. neqꝫ tu times deum
q̄ in eadem damnacōe es. et nos quidē iuſte naꝫ digna factis
recepim9. hic vero nihil male geſſit. et dicebat ad ih̄m. dn̄e me
mento mei dū veneris in regnū tuū. Et dixit ei ih̄us. amē dico

tibi· hodie mecū eris in ꝑadiso: in fruicōe deitatis· quā habent
beati vbicūq̧ sunt· in illo latrone Ex serio euangelij· q̄tuor sūt
ↄsideranda· ṗmū caritas fratna· qꝛ aliū latronē xp̄m vituꝑantē
redarguit· dicēdo ei vt sup̄: neq̧ tu times deū: in est· ẜ corde et
ore ↄfessio ꝓprii pc̄ti et excusacō xp̄i· qd̄ tāgit͛ sup̄· ibi: ꝛ nos q̇
dem Terciū qd̄ fuit est magna fides· eo q̄ nec ꝓpter acerbitatē
pene quā sustinebat nec ꝓpter infirmitatē corꝑis q̄ in xp̄o vide
bat ↄfessionē v̓e fidei dimisit· ẜ firmit͛ corde credidit· et ore cō
fess9 est ip̄m regnaturū in scl̄a· vere mag̃ fuit fides qd̄ ↄfitebat͛
esse dn̄m imꝑpetuū regnaturū· eū quez vidit secū morientē· et
quē Petrus negauerat· q̇ viderat eū sepissime· miracula facie̅-
tem Quartū fuit fortis spes btitudinis· ꝑcipiende ab eo· quaꝝ
vtrūq̧ innuit͛· ꝑ hoc dixit ad ih̄m: dn̄e memēto mei· dū vene-
ris in regnū tuū: Et ē notandū q̄ nō accipit͛ hic ꝑadisus· pro
illo orto voluptatis· in quē posuit dn̄s adam et euam· a ṗnci-
pio nec ꝑ celo empirreo· ẜ ꝑfruicōe beata· quā habuer͛t sancti
p̄res· in descensu xp̄i ad inferos· mox em̄ vt dn̄s expirauit ip̄e
ẜm aīam ad inferos descendit· et eodem die aīa illius latronis
etiaꝫ illuc ꝑuenit· et factus fuit ꝑticeps illius beatifice fruicōis
cum xp̄o et sc̄tis p̄ribus in limbo· vt sic sociaret͛ in gloria ei quē
desiderabat· cū esset in pena· et vt videret in maiestate quē hic
ↄfitebat͛· positū in infirmitate Ecce q̄ꝫ pius et dulcis est ih̄us q̇
cito exaudit· cito ꝓmittit· et cito dat· et plus q̄ꝫ petatur: Quis
ergo desperabit de tam pio exauditore· de taꝫ celere ꝓmissore·
de tam ꝓmpto redditore· de tam largo datore· certe nullus de-
sperabit· qui sic hic latro detestari vult pc̄ta· ꝛ se toto corde ad
deum ↄuertere· vn̄ dicit Amb· pulcherrimū at͛ datur affectāde
conu̓sionis exēplū· q̄ tā cito latroni venia relaxat͛· cito cogno
scit dn̄s· qꝛ cito ille ↄuertit͛ ꝛ vberior est grā q̄ꝫ p̄catio· Semꝑ
em̄ dn̄s plus tribuit q̄ꝫ rogat͛· Jlle eteniꝫ rogabat· vt memor sui
esset· dn̄s at͛ ait: amē dico tibi hodie mecū eris in ꝑadiso: vita
em̄ est esse cū xp̄o· et vbi xp̄us: ibi regnū· hec ille· Aduͤtite hic
id qd̄ dicūt illa duo magna luīaria· Gracian9 de pn̄ia dis· 7· ca
pitulo nullus· Et Petr9 lombardi· quarto sn̄ia dis· 20· de illo
latrone i hec que sequunt͛ v̓ba· multū sera fuit latronis ↄfessio
sed nō fuit sera indulgēcia· ẜ licet latro veniaꝫ meruisset in fine
de oī cmine nō tn̄ dedit baptizat͛ꝫ peccandi· ꝛ ꝑseuerādi aucto
ritatē ꝛc̄· tūc em̄ baptizat9 est scꝫ baptismo flamis· cū tūc ṗmo
xp̄m in cruce ↄfessus est· Sequit͛ Jo· 29: Stabat at͛ iuxta crucem
ih̄u mr̄ eius· et soror mr̄is eius Maria cleophe et maria mag-
dalene: cū vidisset ergo ih̄us mr̄em ꝛ discipulū stanteꝫ quem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

diligebat·dicit mr̄i ſue: mľr ecce filius tuus. deinde dicit diſci
pulo. ecce mr̄ tua. Et ex illa hora accepit eā diſcipulus in ſua
q̄ſi dicēt ad mr̄ez: tu me filio corꝑalit̄ ꝓuaris iō dilectū tibi ai
cum tuū in filiū trado. et de eius p̄ñcia meā interim abſenciā cō
ſolaris eodem affectu eū diligas· eadem pacia ip̄m ſubportes.
eadez diligencia ſibi ꝓuideas. quaſi vnigenitus eſſet. et q̄ſi ad
diſcipulū dicēt· Jo· tu me pr̄e ſpoliaris et ego tibi mr̄em meaz
cariſſimā trado in mr̄em· quā eodē affectu· dilige et venerare ea
dem ꝯfidencia ab ea q̇cquid volueris poſtula· eandē beniuolen
ciam ab ea expecta· quā ſolet vnigenitus a mr̄e ſua ſanct9 Jo
ſeph. vt ſcola· hyſ. reperitur mortuus fuit· 13. kal. ap̄lis anno
incarnacōis dñi· 29· vñ beata v̇go deinde fuit ſub cuſtodia filij
vſq3 ad pſſionē vbi eā io. ꝯmēdauit alias dñs· ioſeph illā iniu
riam nō feciſſet· q2 ſibi ꝯiugē abſtuliſſet et alteri ꝯmendaſſet· O
bone iħu quomō dulciſſimā mr̄em tuā que te caſte ꝯcepit dili
gent̄ nutriuit· dulciter lactauit· ita rudit̄er alloq̄ris dicēs· Ecce
mľr ₢c· v̇e nō erat ħ tp̄s dulcit̄ loq̄ndi nec mr̄is nomē expmē
di· Credit̄ ſi dulcit̄ locutus fuiſſet cor v̇gis crepuiſſ3 heu q̄lis cō
mutatio. datur hic ſeru9 ꝓ dño· diſcipulus ꝓ mgr̄o. piſcator
pro dei filio· S3 mirat̄ quomō mat̄ dñi· plena triſticia ſtare po
tuit. nō crederez niſi euāgeliſta manifeſte dicēt: Stabat at̄ iux
ta crucē ₢c· et plus crederem ꝑ firmitatē fidei q2 in triduo mortis
in ea fides ſola inextincta ꝑmāſit. Si ad ſolā eſtimacōem mor
tis ſic ꝯtremuer̄t viſcera illius mulieris· cuius filiū Salomon· 3·
regum· 3· ſcindi iuſſit dicēs· Afferte mihi gladium· multo forti
us ꝯtremuerūt viſcera· ⁊ omnia membra illius. beatiſſime vir
ginis marie· dū ſtaret iuxta crucē· ⁊ ocul carnalib9 videret. iħm
dilectiſſimū ſuū filiū· caſte ꝯceptū· diligētiſſime nutritū: ſepius
amplexatū· et crebro oſculatū. p9 ſputorꝝ ſordes· poſt alaparꝝ
ictus· p9 flagellorꝝ ꝑcuſſiones· poſt ſpinarꝝ punctiones. diris
clauis. ſtipiti crucis affixū· et ibi trib9 horis ꝑdentē atrociſſime
cruciari. Et ſine dubio aucta fuit xp̄i paſſio aſſiſtencia ꝑdilecte
mr̄is ſue· q̄ntā deſolatā et ineſtimabili plenaz merore. ſub ara
crucis ſtare vidit. ꝯploſis manib9· lacrimoſis ocul· ⁊ q̄rula voce
ꝯp̄t qđ cū iā ꝓpinqu9 erat morti adhuc ſue paſſiois ⁊ acerbiſſime
mortꝭ q̄ſi oblit9 ꝯpaciēti mr̄i· ſic ꝯpaſſus ē· vt in vltio ſpū ꝯſti
tutus eā ꝯſolaret̄· ⁊ de ea diſponēt q̇mō ħ manē deberet dicēs
Mľr ecce fili9 tu9: ach q̇s pt̄ hec ſiccis ocul cogitare figa thob·
13· legit̄ q2 thob· moriēs filio ſuo ꝯmēdauit mr̄ez· alia. 1· re· 22
ſcbit̄ q2 dauid ꝑegnari cupiēs· ſuos regi moab ꝯmiſit: ſeq̇t̄· in
Jo. 19· ca: p9 ſciens iħs q2 oia ꝯſūmata ſēt vt ꝯſūmaret̄ ſc̄ptura
dicit: Sitio. punitis omnib9 mēbris aliis ip̄ius domini. reſta
bat adhuc punire etiā linguā qđ factū ē· q2 ſequit̄ in textu· Jo·

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vas ergo poſitū erat aceto plenum. Jlli aūt ſpongiā plenam
aceto yſopo circūponentes obtulerūt ori eius ꝛc. quod accepit
ad bibendum. ſed ad guſtandū ſolum. quia ad penam lingue.
ſufficit potum guſtare. Et vt recitat Nicola. de lyra ſup Mat.
ſcribitur in quodā libro. qui apud iudeos intitulatꝰ liber iudiciū
ordinarioꝝ. Quia Salomon dixit Prouē. vlt. Date ſiceram id ē
potum inebriatiuū morientibꝰ ⁊ vinū hijs qui amaro aīo ſunt
vt bibant ⁊ obliuiſcantꝰ egeſtatis ſue ⁊ doloris ſui non recordē-
tur amplius. Jdeo ex hoc ſumpta occaſione. ſeniores iudeoꝝ
ſtatuerunt. vt dampnatis ad mortem darentꝰ vinū aromaticum.
ad bibendum vt paſſionē facilius tollerarent. et in irlm erant
ꝑſone deuote ac compaſſiue et ille hoc vinū dederant ex deuo-
tione. Judei aūt nimia crudelitate moti hoc vinū datū pro xp̄o
et alijs duobꝰ crucifixis acceperunt ſibi ⁊ loco eius poſuerūt ace-
tum cū felle mixtum. qđ dn̄s ſolū guſtauit. vt impleretur illud
quod ſcriptū eſt ps̄. 68. dederunt in eſcam meā fel. ⁊ in ſiti mea
potauerūt me aceto. Circa qđ dicit Augꝰ. in ſermone de paſſio
ne ꝓpinator fontiū. potator aceto. mellis dator. cibatꝰ felle. fla-
gellatꝰ remiſſor. condemnatꝰ venia. Jlluditur maieſtas irridetur
virtus. ⁊ largitor imbriū ꝑfunditur ſputis. Et eſt notandū ꝙ
licet dn̄s noſter tūc vere ſitierit eo ꝙ fere ꝑ totius ſacramēti ſa-
nguinis ſui effuſionē ſiccatus habuit oſſa. ſic cremium arefacta
ſcḋm illud ps̄. Aruit tanq̄ꝫ teſta virtus mea. et oſſa mea tanq̄ꝫ
cremiū aruerunt. fuit em̄ ſanguis xp̄i quaſi exhauſtus ꝑ ſudo-
rem ſanguineū ⁊ ꝑ extractionē ſanguinis. in flagellacōe. coro-
natione. manuū ⁊ pedum ꝑforatione. ⁊ tandem in lateris apiti-
one. Jn cuiꝰ ſignū vt dicit Nyco. de lyra. poſt ſanguinē exiuit
aqua. ad oſtendendū ꝙ corpus remanſit q̄ſi ſine ſanguine ⁊ are
factū. putandū tn̄ eſt. ꝙ non dixerit. ſitio. ad petendum potum
quo corꝑalem extingueret ſitim. qꝛ ſciebat ſe mox corporaliter
morituꝝ. ſed dixit. ſitio. vt ꝑ guſtationem amari potus puni-
retꝰ lingua. vt adimpleretꝰ predicta ſcriptura. ⁊ etiā vt ꝑ hoc ſi-
gnificaret ardorem caritatis ſue ad nos que caritas fecit ipſum
feruentiſſime deſiderare nr̄am ſalutem. ſic ſiciens mlto ardenciꝰ
deſiderat potū q̄ꝫ eſuriens cibuꝫ. Quis em̄ an̄ paſſionē petiuerit
a ſe transferri calicem vt nō biberet illū. i. paſſionē vt eam non
ſuſtineret. ſignificans nobis ꝑ hoc magnitudinem tunc future
et de ꝓpinquo imminentis ſue paſſionis quā natura vehementer
horruit. Ex potato tn̄ iam calice. i. ꝯſumpta iam fere paſſione di-
xit. ſitio. volens ꝑ hoc ſignificare ꝙ tantus fuit amor ipſiꝰ ad
nos ⁊ ꝙ tm̄ ſitiebat. i. ꝙ tam feruenter et vehem̄ter deſiderabat

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſalutem hũani generis ꝙ etiã paratus fuiſſet ſi opus foret ad-
huc maiora ꝓ nobis ſuſtinere tormenta. Et ad ꝓpoſitum dicit
quidã deuotus doctor Anſhe. O ineffabile verbũ creator celi ⁊
terre mariſq;. fons ortorum. puteus aquarum viuentiũ. homo cla-
mat. ſitio. O virgo clementiſſima q̃ olim infantiã filij tui lacta
ſti vbere de celo pleno quõ ſuſtinẽ potes ꝙ filius tu9 clamat ſi-
tio. O pie dñe quid ſitis. fortaſſis aĩa tua ſitit ad deũ fontẽ vi
uum. ſitio inq; ad oĩs qui in circuitu meo ſunt. Sitio ad te pr̃
vt reſpicias hodie de ſolio maieſtatis tue. in me filiũ tuũ cũ la-
tronibus morte turpiſſima ↄdemnatuz pro peccatoribꝫ. ⁊ tu dñe
reſuſcita me ⁊ da mihi bñdictionẽ ꝓ maledictione iac hodierna
et clarifica me claritate quã habui apud te prius q̃ȝ mũdus fieret
Sitio iterum ad te vt ſanguine ⁊ aqua de latere meo fluentibꝫ ex
tinguere digneris flãmeuz gladium cherubin quẽ collocaueris
ad cuſtodiendaz viam ligni vite. vt oibus in me credentibꝫ pa
teat liber introitus in regnum tuũ. Sitio iterum ad te vt omnib9
crucifixoribꝫ meis vere penitentibꝫ ignoſcas. quia neſciunt q̇d
faciunt. Sitio iterum ad te mater mea vt oĩs fideles meos poſt
deceſſuz meũ pietatis viſceribꝫ foueas doctrinis ⁊ exemplis vt
candela alios in amore meo accendas. Sitio ad te vt omnibus
peccatoribꝫ te per meã neceſſitatez. paſſionem. reſurrectionẽ flagi-
tantibꝫ miſcdie ſinũ aperias. nunq̇d ampli9 ſitis. Sitio ad vos
O angeli vt amando hũano generi indefeſſe ſeruitutis obſeq̇a
non dedignemini exhibere. ſi eñ ego dñs ⁊ mgr̃ veſter coram
oculis vr̃is tanta picula ſuſtineo. q̃ntomagis vos tenemĩ eorum
neceſſitatibꝫ famulari q; hoc facere poteſtis ſine glorie vr̃e detri-
mento. Sitio ad vos o demones vt oĩs aĩas fidelium meorũ
mihi ſine dilatione reſtituatis q̃s in regione vmbre mortis de-
tinetis vt amplius falcem vr̃am in meſſez meam non mittatis
nec eos q̇ in fide paſſionis mee baptiſati fuerint ꝓ culpa primi
parentis includatis vr̃is carceribꝫ. Sitio amplius ad vos oĩs
qui tranſitis ꝑ viam videte ſi eſt dolor ſič̃ dolor me9 vt ſcin
datis hodie cor vr̃m ꝑ cõpaſſionez. quia ꝓ nobis hodie ſciſſum
eſt corpus meũ. q; a planta pedis vſq; ad verticem capitis nõ
eſt in me ſanitas. caput meũ coronatũ eſt ſpinis. applicate ↄtra
ſupbiam peccatorum. os meũ potatũ eſt felle ↄtra guloſos. manus
mee expanſe ſunt ad dandũ. ↄtra auaros corpus meũ datũ eſt
ad flagellandũ ↄtra luxurioſos. Sitio ad vos peccatores vt mihi
lacrimas deuotõis ꝓmetis ex intimo corde vr̃o ne fruſtra labo
rauerim. ⁊ vt aĩas vr̃as mihi ſoli ſeruetis illibatus. dign9 eſt
eñi mercenarius mercede ſua. Luce. 10. Sequit̃ in iohe. 19. ca.

Cum ergo accepiſſet ihūs acetum dixit. conſūmatū eſt. hoc eſt
ꝑfectum ⁊ cōpletū eſt teſtimoniū ſcripture que de me loquens
dicit. dederunt in eſcā meā fel ⁊ in ſiti mea potauerūt me aceto
pſ. 68. Saluū me fac deꝰ ⁊ ꝯſūmata ē oīs ſcriptūa q̄ loquit̄ de
me paſſuro. ⁊ ꝯſūmatū eſt opus redemptōis hūani generis.
Ecce quō caput nr̄m pro pctīs noſtris acerbitatē paſſiōis ſu-
ſtines vſq̄ ad ꝯſūmationē oīm ſcripturaꝝ que de eius paſſi-
one erant. pacienter ꝑſeuerauit. ita ⁊ nos ſi huiꝰ capitis mem
bra ſumus. in oībus nr̄is laboribꝰ. in omnibꝰ nr̄is aduerſitati
bus. virtutē ꝑſeuerancie ſeruemꝰ. ⁊ ad finem nr̄m ꝑuenientes
mereamur ab eo recipe ſplendorem ſempiternū. q̄ꝫ nullus adi-
piſci poterit niſi in bonis vſq̄ ad finē ꝑſeuerauerit. omēs enim
virtutes currunt ad premiū. ſola tn̄ ꝑſeuerantia coronat̄. ſequit̄
A ſexta aūt hora tenebre facte ſunt vſq̄ ad horam nonā. Hiero.
dicit. Elementa cōpatiunt̄ creatori ſuo. ſequit̄ Mar. 15. Et ho
ra nona exclamauit ihūs heloi heloi lamazabatani. qđ eſt inter
pretatū. deus meus deꝰ meꝰ vt q̄d dereliq̄ſti me. Illa verba ꝓ
tulit voce magna ⁊ nō ex impacientia aliqua qm̄ nullam oīno
habuit. imo in tota paſſione ſua nec aliqđ ſignū impacientie
oſtendit. Vnđ dicit btūs Pe. dū malediceret̄ nō maledicebat
dum pateret̄ non cōminabat̄. ſed per hoc qđ ſic clamans dixit
deus meus deus ⁊c. magnitudinū ſui doloris quē pro nobis ſu
ſtinuit oñdit. hūanitas nanq̄ xp̄i tota fuit torrenti penalitatū
immerſa. ita vt eius ſenſualitatē ⁊ omnes aīe vires. excepta
ſuꝑiori portione rōnis impetus paſſionū q̄ſi torrens inebriaret
⁊ repleret. ⁊ hoc nobis dn̄s ſignificauit. cū in cruce clamās dixit
deus meus ⁊c. Non eſt ergo derelictio illa referenda ad abſolutōem
vnionis ꝑſonalis. ita q̄ tunc hūanitas fuerit dimiſſa ⁊ a diui-
tate ſeꝑata. dn̄s em̄ nihil eoꝝ que aſſūpſit dimiſit. ſꝫ referenda
eſt illa derelictio ad hoc q̄ diuinitas expoſuit hūanitatē paſſioni
bus ſine defenſione ⁊ ꝓtectione. ac ſi nō fuiſſet ſibi vnita. ſecus
fuit in paſſionibꝰ alioꝝ ſanctoꝝ qui dolores ex diuinis ꝯſolatio
nibꝰ et ꝓtectionibꝰ non ſenſerūt. vt tres pueri in camino ignis.
Dan̄. 3. Vn̄ hic derelinquē nō eſt aliud q̄ꝫ diuinitatē. ſua poten
cia non ꝓtegere hūanitatem a ꝑſequentibꝰ. dicit em̄ glo. deus
dicit̄ eū deſeruiſſe ī morte. q̄ꝛ ꝓtcti ꝑſequentiū eū expoſuit ſub
traxit ei ꝓtectionē. ſꝫ non ſoluit vnionem. Item vult mgr̄. 3.
ſniaꝝ di. 21. vbi dicit fateam̄ vt ibi. vel q̄ꝛ totus mōs eū dere-
liquerat ꝑter v̄ginē mariā ⁊ latronē q̇ ſoli crediderūt in eum
vt dic̄ mgr̄ in ſcola. hiſto. ſequit̄ Mat. 27. Quidā aūt illic ſtan-
tes ⁊ audientes dicebāt. heliā vocat iſte. n̄ intelligētes hebraicū

Ceteri vero dicebant ſinite videam9 an veniat helias liberãs eũ
Marcus dicit. ſinite videamus ſi veniat helias ad deponenð eũ
Et ſequit̃ in Mar. Jh̃s aũt emiſſa voce magna expirauit. Mat.
dicit. Jh̃s aũt iterũ clamans voce magna emiſit ſpũm. Sup ver
bo. voce magna. dicũt aliqui q̃ dixit p̃o ſub miſſa voce hũc p̃s
In te dñe ſperaui ñ ↄfundar ineternũ. Cum aũt puenit vſq; ad
hunc locũ. In man9 tuas ꝛc. dixit vt Lu. 23. ð: et clamans vo
ce magna ih̃s. ait. pr̃ in man9 tuas ↄmendo ſpm̃ meũ. Et h̃. ð
Expirauit. Jo. 19. ð. Et inclinato capite tradidit ſpm̃. Aduer
tenð q̃uis ih̃s ſciret aĩam ſuã pr̃i ſũme ↄmendatam. paulo tñ
añ. hoc eſt p9 vltimã cenã dixit diſcipulis ſuis. venit princeps
mðí. ſathanas ⁊ in me ñ habebit quicq̃. Jo. 14. Voluit tñ i ar
ticulo mortis pr̃i aĩam ſuã ↄmendare. ⁊ hoc ad nr̃aʒ erudicõeʒ
ſed vt nos doceret q̃ terra ⁊ cinis ſum9 vt diſceremus ſpm̃ nr̃m
in mortis articulo manib9 eẗni pr̃is ↄmendaȓ. ne ab hui9 mðí
pñcipe in eius exitu ð corpe ↄphendanẗ. vñ dicit mgr̃ in ſcola.
hiſto. legit̃ demoneʒ ſtetiſſe ſup brachiũ crucis ⁊ ↄſideraſſe an
xp̃s aliquã pc̃ti maculaʒ hr̃et. 93. ſigura. 2. Machab. 14. legit̃
q̃ raſias in alto ſtans oĩa interiora ſua in celũ piecit dicens. Te
inuoco dñatoreʒ oĩm vt mihi h̃ reddas in die dñi. ⁊ ſic mortu9
fuit. Quis ñ rapit̃ in ſpeʒ impetrandi remiſſionẽ ſuoꝝ delictoꝝ
attendens in corpis xp̃i diſpoſicõʒ. caput h̃ʒ inclinatũ ad oſcu
landũ. brachia extenſa ad amplexanð. manus pforatas ad dã
dum. latus pforatũ ad diligendũ. pedes fixos ad nobiſcũ ma-
nendũ. corpus expanſuʒ ad ſe totũ impendendũ. ſequit̃. Et ec
ce velũ templi q̃ð erat appenſũ añ ſancta ſc̃toꝝ ſciſſũ eſt in duas
ptes vt dicit Mat. a ſũmo vſq; deorſũ. in ſignũ q̃ iudei ampli9
non erant digni ſacerdocio. Vel etiã in ſignuʒ q̃ p mortem xp̃i
ablatũ eſt impedimẽtuʒ quo ſecreta padiſi videri phibebanẗ ſic
velum ſecreciora templi opiebat. Dicebat ioſeph9 virtutes an-
gelicas p̃ſidentes quondã templi tũc piter exclamaſſe. trãſeam9
ex hĳs ſedib9: Terra mota eſt: in ſignum q̃ corda nr̃a dñt tre
mẽ ⁊ ↄpati xp̃o vt dic̃ Hiero Dis creata xp̃o moriente ↄpatit̃
ſol obſcurat̃. t̃ra mouet̃. petre ſcindunt̃ monumẽta aperiunt̃. ve-
luʒ diuidit̃. ʒ heu ſolus hõ non ↄpatitur. p quo ſolus xp̃s pa
tit̃: Et petre ſciſſe ſunt. in ſignuʒ q̃ corda nr̃a in pc̃tis pdurata
dñt frangi p ↄtritioneʒ: et monumẽta apta ſũt. in ſignũ q̃ pc̃ta
nr̃a peſſima dñt apiri p oris ↄfeſſiõeʒ. Sʒ querit̃ q̃re añ morteʒ
dñi ſigna facta fuer̃t in celo. vt obſcuratio ſol̃. ⁊ p9 fuer̃t facta
ſigna in t̃ra. q2 añ mortẽ p̃cipue cognoſcebat̃ in celo. p9 mortẽ
aũt eius noticia cepit dilatari in t̃ra. et multa corpa ſc̃toꝝ q̃ dor-
mier̃t ſcʒ ſigno mortis ſurrexerũt ⁊ exeuntes de monumẽtis p9

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

reſurrectiõeʒ eius venerũt in ſcam ciuitatẽ ſcʒ irl'm ⁊ apparuerũt
multis teſtantes de dñica reſurrectione. vt fuerũt illi duo viri ge-
mini fr̃es filij ſymonis iuſti q̇ annis. 40. in t̃ra quieuerũt et cũ
dño ſurrexerũt. vt habet̃ in euan° nicodemi. Centurio gentil' .q̇
ſub ſe centũ milites hẽbat. ⁊ qui cũ eo erãt cuſtodiẽtes ihm. vi-
ſo terre motu ⁊ hijs q̃ fiebant. ⁊ ꝙ ſic clamãs expiraſſʒ qḋ fuit
ſupnatũale. timuit valde. dicens. vere hõ iſte filius dei erat. et
turba eoꝝ qui ſil' aderãt ad ſpectaclm iſtud. ⁊ videbant q̃ fie-
bant ꝑcucientes pectora ſua reuertebant̃ ſcʒ in irl'm. Et hoc viʒ
ꝙ dixit centurio. ſignificat̃ in miſſa p⁹ meõriaʒ mortuoꝝ qñ ſacer-
dos ꝑcutit pectus. d. Nobis. ⁊ ꝑ illud nob etiã ſignificã ɔfeſſio
⁊ ɔtritio latronis in ipſo paſſionis arti°. increpantis alteꝝ. et
dicens. memento mei dñe. ſequit̃. Erant aũt ibi mlieres a longe q̃
ſecute erãt ihm a galilea miſtrantes ei inter q̃s erat maria mag
dalena. maria iacobi ⁊ ioſeph. et mr̃ fi. zebedei. Crib. diſcipuli
fugierũt. mulieres aſtiterũt ⁊ oĩa ɔſiderauerũt. nõne fuit ibi mater
dñi. ita certe ipſa fuit ibi. ⁊ potuit illa doloroſa mr̃ dicere illud
Tre. i. O vos om̃s q̇ tranſitis ꝑ viã attendite ⁊ videte ſi ẽ dolor
ſilis ſic dolor me⁹. ⁊ ſequit̃ in Jo. 19. ca. Judei ġ qm̃ paraſceue
erat vt ñ remanerẽt in cruce corpa ſabbato. erat em̃ magn⁹ dies
ille ſabbati rogauerũt pilatũ vt frangerent̃ eoꝝ crura ⁊ tollerẽ-
tur. Venerũt ġ milites ⁊c. Jlla que ſeqũt̃ ſunt recepta ꝑtim ex li-
bro qui d' vita xpi. ⁊ pie ſũt credenda aut deuote imaginanda
Dũ maria mr̃ dñi cũ iohe ⁊ ceteris mulierib⁹ morã facerent apd̉
crucẽ dñi. ecce armati multi veiebant de ciuitate irl'm v̉ſus eos
Tunc dña ⁊ om̃s qui cũ ea erant ſurgunt ⁊ aſpiciunt eos veni-
entes renouat̃ dolor. creſcit timor. dicit mr̃ dñi O fili mi q̃re rede-
unt iſti? quid amplius tibi facẽ volunt. nõne te occiderũt fili mi.
putabam ipſos ſauciatos de te. ſʒ vt video adhuc te mortuum
pſequunt̃ fili mi neſcio q̇d faciã. ⁊ dña ⁊ om̃s cũ ea exñtes ive-
runt ⁊ poſuerũt ſe añ crucẽ dñi. appinquantes aũt illi cũ furore ⁊
ſtrepitu magno. ⁊ videntes latrones adhuc viuere. fregerunt
eis crura. occidũt deponunt ⁊ velociter in foueã ꝓiciunt. redeũ-
tib⁹ aũt illis v̉ſus dñm ihm timens mater ne ſil'e facerent filio in
multa hũilitate eleuatis manib⁹ in celũ. vultu lacrimabili. ⁊ vo-
ce rauca ſic alloquit̃ eos dicẽs. Viri fratres rogo vos ꝓpter deũ
altiſſimũ ne me ampli⁹ ꝑturbare velitis ĩ dilectiſſimo filio meo
ego em̃ ſum meſtiſſima eius et ſcitis ꝙ nunq̃ꝫ vos offendi. nec
aliquã iniuriã vobis intuli. ⁊ ſi filius me⁹ viſus eſt vobis ɔtrius
ipſum peremiſtis ⁊ ego remitto vobis oẽm iniuriam et offen-
ſaʒ hanc tñ miſcdiaʒ mecũ facite ne ɔfringatis membra eius vt
eũ integre tradã ſepulture. videtis em̃ ꝙ iã dudũ mortuus eſt.

Sed vnus militū lancea latus eius aperuit. et ꝯtinuo exiuit
ſanguis ⁊ aq̄. vt d̄ Jo. 19. dicit mgr̄ in ſcola. hiſto. in hec verba
Et q̄ lanceauit eū vt tradūt quidā. cū caligaſſent fere oculi ei9
⁊ caſu tetigiſſet oculos ſanguine clare vidit. tunc videns h̄ mr̄
doloroſa femina cecidit int̄ brachia marie magdalene. iohēs
aūt lacrimabili gemitu aſſūpta tñ audacia inſurgit ꝯ illos. d.
eis. Viri neq̄ſſimi q̄re hanc impietatez facitis. nōne videtis q̄
mortuus ē: quaē vultis etiā hanc mr̄ez occidē. diſcedat̄ quia
nos ſepelīem9 eū. Tunc illi. ſicut dño placuit receſſerunt. et vt
Jo. dicit. Facta ſūt hec vt ſcriptura impleret̄. Os non cōminue
tis ex eo. excitat̄ dña. ſurgit querit q̄d ſit de filio ſuo dilectiſſio.
Rñdent nō eſſe factā ꝯ eum aliquā nouitatez ſuſpirat ⁊ anxiat̄
⁊ potuit bñ dicere cū ꝓplo. ad Ro. 9. Triſticia eſt mihi magna
et ꝯtinuus dolor in corde meo. ⁊ reſpiciens filiū ita vulneratuz
dixit: quis dabit capiti meo aquā. ⁊ ocul̄ meis fontē lacrima
rum ⁊ plorabo filiū meū ſic occiſū ⁊ vulneratū die ac nocte ex-
tinctū eſt lumen oculoꝝ meoꝝ ⁊ lucerna cordis mei. ⁊ cū da-
uid vociferabat. ve mihi fili mi ve mihi. Et cū Job dicebat. miſe
remini mei miſeremini mei ſaltē vos amici mei. O fidelis anima
hec bñ ꝯſidera q̄tiens hodie mortua eſt mater dñi. certe tociens
quociens ꝯtra filiū ſuū videbat nouitatē fieri. vide nūc imple-
tur in ea q̄d ſibi dixit ſymeon. Luc. 2. Tuaz ipſius inq̄t aīam
gladius ptranſibit. nam pluries hodie hoc ſibi ꝯtigit. ſed nūc
vere filij corpus ⁊ matris aīam huius lancee gladius pforauit
hijs pactis poſuit ſe mr̄ dñi ⁊ ceteri oīs in terra ꝓpe crucē. neſci
unt q̄d facere dñt corp9 dñi deponere ⁊ ſepultūe tradē neq̄unt
quia carent inſtrumentis ⁊ inſufficientes ſe ſentiūt recedere dño
manente in cruce verent̄ ⁊ non audent. ⁊ diu ibi manere nō va
lent. q̄ declinabat iam ſol ad horas veſptinas. vndiq̄ȝ eos pre
munt anguſtie. O mitiſſime deus quō pmittis mr̄em tuaz mīe
dñam ex oībus electā. mōi ſpeculū ⁊ miſeroꝝ reclinatorium ſic
anguſtijs vexari. ⁊ doloribꝰ maximis intus ⁊ extra cruciari. tē-
pus eſt vt reſpicias eam oculo mīe ⁊ pietat̄. Et eſt hic aduer
tenduz ꝙ oīs q̄tuor euangeliſte loquunt̄ de ioſeph ab aroma
thia quō ipſe petijt corpus ih̄u a pilato. Mar. dic. 15. cap. Et
cū iam ſero factū eſſet q̄ ꝓpe erat paraſceue. q̄d eſt añ ſabbatū
venit ioſeph ab aromathia nobilis decurio id ē vn9 de ordine
curie. vel vn9 q̄ hȝ curā ſup̄ decē. q̄ ⁊ ipſe erat expectans regnū
dei. ⁊ audacter introiuit ad pilatū ⁊ petijt corpus ih̄u. Pilat9
aūt mirabat̄ ſi iā obiſſet ⁊ accerſito centurione interrogauit euz ſi
iā mortu9 eēt. q̄d cū cognouiſſȝ a centuriōe donauit corp9 ih̄u
Joſeph aūt mercatus eſt ſindonē ⁊ deponens eū inuoluit in ſin
donem ⁊ poſuit eū in monumento ⁊c̄. Jo. 19. dicit. Poſt hec aūt

rogauit pilatū ioſeph ab armathia· eo ꝙ eſſet diſcipulus ihū
Occultus aūt ꝓpter metū iudeoꝝ vt tolleret corpꝰ ihū· ⁊ ꝑmiſit
pilatus. Venit aūt ⁊ nicodemus qui venerat ad ihm nocte pri
mū ferens mixturā mirre ⁊ aloes· q̄ſi libras centū. Acceperunt
ergo corpus ihū ⁊ ligauerunt linthxis cū aromatibus. ſic mos
iudeis eſt ſepelire ꝛc. Conſequenter notetis alia que etiā pie ſūt
imaginanda ac deuote meditanda. Cuꝫ aūt maria ioſeph ⁊ cetere
mulieres ſic manerent circa crucē dn̄i· iteꝝ alios plures venien
tes viderunt ꝑ viaꝫ de irl'm. tūc omnes ſurgunt cū magno ti-
more· qꝛ timuerant iteꝝ nouitateꝫ fieri cum corꝑe ihū. O deus
q̄nta eſt afflictio hodie marie ⁊ illoꝝ qui ſecū ſunt. circūſpiciens
autem iohēs dicit. Ecce hij ſunt ioſeph ⁊ nicodemus. Tūc dn̄a
gauiſa dixit· benedictus dn̄s deus nr̄ qui mittit nobis auxiliū
memor fuit nr̄i ⁊ non reliquit nos. fili mi occurras eis· qꝛ veni
unt nobis in auxiliū noſtꝝ. Vadit ergo iohēs obuiā eis velo
citer· ⁊ attingentes ſe ad inuicē amplexant̄. erūpebant lacrime
⁊ triſticia fuit eis magna. Et in multa triſticia queſiuit ioſeph
quō eſt. Cui iohēs dic̄. dies ſuos clauſit extremos. Joſeph cō-
ſequenter querit: quis eſt cū dn̄a· ⁊ quid eſt de alijs diſcipulis
Cui iohēs· ille mulieres ſunt cū ea· ⁊ nullus diſcipuloꝝ hodie
comparuit. Querit de hijs qui contra dn̄m facta ſunt· ⁊ narrat
eis iohēs flebili voce omnia ⁊ ſingula. Cum aūt veniſſent ꝓpe
crucē genuflectentes adorauerunt dn̄m· ⁊ accedentes ad dn̄aꝫ
⁊ ſocias eius reuerenter ſunt recepti cū debita inclinatione vtri
uſqꝫ. ſingultus ſpirituꝫ intercipit ⁊ aīe vires· meror abſorbens
vocales meatus anxietate precludit. tandem dū dn̄a faciē ⁊ pe
ctus fluuialibꝫ lacrimis irrigaſſet ſingultuoſa voce dixit. benefe
ciſtis ꝙ adueniſtis ⁊ fateor vobis· quia in aduentu veſtro viſuꝫ
eſt mihi nouā oriri lucem. neſciamus ergo q̇d facere debemus.
Jlle ꝑ me vobis retribuat qui bonoꝛuꝫ retributor eſt op̄m. At
illi dixerunt· dolemus ex toto corde nr̄o de his omnibꝫ q̄ ꝯtra
dn̄m facta ſūt. preualuerūt impij ꝯtra iuſtū libenter eripuiſſemꝰ
eum a tanta iniuſticia ſi potuiſſemꝰ· ſaltē hoc modicū obſequiū
dn̄o et mgr̄o noſtro preſtabimꝰ prona volūtate. poſt mlt'a col
loquia greſſus oīs direxerūt ad deponendū dn̄m de cruce. Cuꝫ
Anſhe· Cum ioſeph deponeret corpus xp̄i de cruce· maria ſta-
bat ſurſuꝫ reſpiciens· vt cū brachiū ſolueret tangeret et oſcula
retur illud· quod ⁊ fecit. Et cum depoſitus eſſet de cruce· poſue
runt eum ſuper terram bene ad tres paſſus de cruce· Et maria
caput eius in ſinum recipiens amariſſime etiam flere incepit.
dicens. heu dilectiſſime fili qualem conſolationem modo habeo

quia moꝛtuū te coꝛam me video. Tūc occurrens iohēs euange
liſta cecidit ſup̲ pectus xp̄i· dicens. heu heu de iſto pectoꝛe pota
bam dulcia pocula· mō amara triſtia ꝛ lamentabilia. Tū maria
magdalena plus oībus alijs flere cepit ſup̲ dn̄m ſuū dicens· O
quis mihi nunc pcc̄a dimittit· q̇s me mō excuſabit apud ſymo
nem phariſeū. Luc·7·et apud ſoꝛoꝛe3 meā· tūc ioſeph et nico
demus receperūt coꝛpus dn̄i vnctū et inuoluerunt ſyndone mū
da ꝛ tradiderūt ſepulture· vt eſt mos iudeis ſepelire: Erat aute3
vt dicit iohēs in loco vbi crucifixus eſt· ortus ꝛ in orto monu=
mentū nouū in quo nondū quiſq̄3 poſitus fuerat. Aug9 dic̄ in
vtero marie nemo an̄ xp̄m nec poſt xp̄m conceptus eſt· ꝛ ita in h̄
monumento nemo an̄ xp̄m neq̄3 p9 ipſu3 ſepultus eſt· exciſum
de petra. ibi ergo ꝓpter paraſceue iudeoꝝ· q2 iuxta erat. poſue
runt ihm̄ ꝛ ioſeph ꝛ nicodemus ſcd̄m Aug· Cū iam ad ſepulcꝝ
xp̄i coꝛpus poſitū eſſet· triſtis mater ſe ſup̲ ſepulcꝝ ꝓſtrauit· et
adeo lamentabilit̄ ꝛ amariſſime fleuit· q̄ omēs qui ibi aderant
vna cū ea fleuerunt. tūc iohēs eam leuauit ꝛ duxit eam quaſi
violenter in ciuitatē. Et dicit beatus Bern̄· q̄ maria fuit adeo
·i· in tm̄ debilitata q̄ opoꝛtuit q̄ inter manus diſcipuloꝝ tanq̄3
ſemiuiua de cruce ad domū poꝛtaret. Cum ergo mr̄e3 xp̄i vide=
ret ꝓplus communis ciuitatis irl̄m hn̄tem veſtem aſperſa3 ſangui
ne· ſicut apud crucē ſteterat· ꝛ ſanguis ſup̲ eam ſtillauerat vna
nimiter ei cōpaciebant̄ dicentes. O q̄nta iniuria eſt facta hodie i
hierl̄m· in iſta pulcerrima dn̄a· ꝛ eius filio. pie credit̄ q̄ deuoti
ioſeph ꝛ nicodemus inuitauerint dn̄am ad ſuas hītationes ·et
q̄ in multa reuerencia ſepauerint ſe ab inuicem. ꝛ q̄ maria mag
dalena ſiſt̄ ꝛ martha inuitauerint dn̄am ad bethaniā. ſed Jo=
hannes duxit eam ad domū irl̄m· in qua dn̄s fecit cenā ꝛ ibi
ſcd̄m mgr̄m in ſcolaſtica hiſto· hītabant vndecim apl̄i ceteri autē
diſcipuli ꝛ mulieres hītabant circūquaq̄3 p̲ diuerſa hoſpicia vſ=
q̄3 ad feſtum penthecoſtes. Vn̄ in eodem feſto d̄. Recūbentibus
vndecim diſcipulis·i· comedentibus in illo cenaculo ap̄paruit illis
ihs. Et vt dicit lucas in fine ca·23: Et ſabbato quid ſiluerunt
ſcd̄m mandatū. Mat· dicit in fine ca·27· Et aduoluit ſaxu3 ma=
gnū ad oſtiū monumēti ꝛ abijt· Erat aūt ibi maria magdalena
ꝛ altera maria ſedentes contra ſepulcꝝ. Amb· vt poſt congruo tp̲e
poſſent vngere coꝛpus ihū· Raba. Alijs notis ad ſua redeūti
bus ſole mulieres q̄ ardencius amabāt· obſequia funeris inſpicie
bant expectantes qd̄ ꝓmiſerat. ꝛ ideo p9 reſurrectionē ipſis ꝓo
ap̄paruit ibi· ꝛ aduoluit ſaxū hoc factu3 eſt oꝛdinacōe diuina circa
xp̄i ſepulturam poſitū fuit coꝛpus xp̄i in monumentu3 exciſum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

de petra et non ex multis lapidibus edificatum· ſcȝ ne dicerent
iudei q̄ furtim ſublatum eſſet corpus domini Item in monumē
tum in quo nonduȝ quiſq̄ȝ poſitus fuerat. ne aliquis alius ſur
rexiſſe diceretur: Item aduolutus eſt lapis magnus· Vnde
Mar· vltimo Erat autē q̇ppe magnus valde: ne iudei poſſent
dicere q̄ furtim aut per violenciam· aut per fraudem ablatum
fuiſſet corpus xp̄i· Notetis q̄ in canone ſancte miſſe recolitur
memoria dominice paſſionis xp̄i· et generaliter eorum que ſunt
geſta in ebdomoda· ante feſtum paſce· vnde poſt eleuationem·
corporis xp̄i ſacerdos moroſe retrahit corpus chriſti ⁊ ſuper cor
porale ponit. per hoc ſignificans. q̄ xp̄us de cruce depoſitus in
terram fuit collocatus· et in ſindone munda inuolutus. Item
notetis q̄ poſt memoriam mortuorū· ſacerdos facit tres cruces·
ſuper calicem coopertum dicens: Sanctificas· Viuificas· Bene
dicas ⁊c· ſignificans per has· ſm̄ Innocenciū· q̄ crucifixio chri
ſti· facta eſt et conſūmata ſpatio trium horarum: Vnde hora ter
cia clamabant: Crucifige· Sexta manibus gentilium eſt tradi
tus et crucifixus: Hora nona expirauit· Item poſt in miſſa ſa
cerdos facit tres cruces ſuper calicem dicens: Per ipſum. et cum
ipſo· et in ipſo ⁊c. Ille tres cruces· ſm̄ Jeronimū· ſignificant· tres
cruciatus· quos xp̄us ſuſtinuit· ſciȝ paſſionem compaſſionem
et propaſſionem· paſſionem in corpore· compaſſionē in corde
propaſſionē in mēte. de paſſione in corpe. ꝑus dictū eſt in vno
themate Tren. 1· O vos omnes qui tranſitis per viam ⁊c. de cō
paſſione dictum eſt· quia pro crucifixoribꝫ orauit dicens· Pater
ignoſce illis· qꝛ neſciunt quid ⁊c· De ꝓpaſſione mentis dixit
dn̄s apoſtolis dicēs: Triſtis eſt aīa mea ⁊c: Poſt ſacerdos facit
duas cruces a latē calicꝭ ſeu extra calicē dicēs· eſt tibi deo prī ⁊c
vt in canone Ille ſignt duo ſacmenta que de latere dn̄i fluxerūt
viȝ aqua regeneratōis· ⁊ ſanguis redemptōnis· Iuxta teſtimo
niū Jo. dicentis: vnus militū. lancea latus eius aperuit: Ille
due cruces ſignificant etiam aliud· ſm̄ Jero. vt patet in officio
miſſe· Et aliqui ſacdotes in fine illorū ſignorū. tangunt calicem
cum oſtia· ꝑ quod ꝑcuſſio lateris xp̄i cū lancea militis deſignatur
Remotio et depoſitō corꝑalis ſeu lapidis de calice ſignificat q̄
velum templi ſciſſum fuit a ſūmo vſq̄ȝ deorſum· Et q̄ ſacerdos
finit alte orationem dicēs: Per omnia ſecula ſeculorum ⁊c· ſignt
ſm̄ Jero· q̄ xp̄us magna voce clamādo emiſit ſpm̄ dicens alta
voce. pr̄ in manus tuas cōmēdo ſpm̄ meū hic finit canō miſſe· et
ſacerdos cōſeqnter p̄facōez et dn̄icaȝ orōnē alta voce ꝓnūciat et
ꝑlmad orōnē inſtigat Cūa ūt ſacdos dic. ꝑ oīa ſecula ſeculo
rū vna cum dyacono tunt aſtante· ⁊ adiuuante leuat calicem

modicum de altari: Et poſtea cum dicit: Preceptis ſalutaribus
&c. Deponit ſimul hoſtiam cum calice. Altare enim ſig̃t crucem
vt dicunt doctores. Et depoſito hoſtie et calicis. illud ſignificat
quia venit Joſeph ab aromathia venit et Nycodemus. et im-
petrauit corpus ih̃u a Pylato. et illi duo ſimul leuauerunt de
cruce deponẽtes in ſepulchro. et quia aduoluerunt lapidem ad
oſtium monumẽti. Dyaconus ſuper os calicis corꝑoale. ſeu
lapidem reuoluit. Calix enim ſig̃t ſepulchrum. Et calix tectus
xp̃us ſepultum. Item qñ ſacerdos finit orõnem dñicam. et cho-
rus rñdet. Sed libera nos a malo. tunc ſubdyaconus repñſentat
patenam dyacono inuolutã: ⁊ dyaconus eã reuolutã repñtat
ſacerdoti oſculando manũ eius dextram. ſac̃dos poſtea cum ea ſi-
gnum ſancte crucis ſibi in pectore vel alias in facie facit. et eam
poſtmodũ oſculat̃. et poſt hoc iterũ deponit lapidem ſeu corꝑa-
le. qꝛ poſt luctũ paſſionis. ad gaudiũ ꝑuenit̃ reſurrectionis. Jd-
circo nũc in geſtibꝰ ſacerdotis. dñice reſurrectionis hyſtoria reco-
litur. hy ergo dyaconus ſubdyaconꝰ et ſacerdos. tam numero
q̃ʒ miſterio repñtant illas ſc̃tas tres m̃lieres. de q̃bꝰ. mar. vlti-
mo Sed ꝙ ſac̃dos ſub ſilentio dicat illã orõnẽ que ſequit̃: Pat̃
nr̃. viʒ libera nos q̃ſ dñe Illud ſilẽciũ ſig̃t ſabbatũ. q̊ corpꝰ
dñi in ſepulchro q̇euit et quo mulieres ſiluer̃t iuxta illud Lu.
penultimo. in fine Et ſabbato q̇dem ſiluerũt ẜm mandatũ. ʒ q̊
ẜm carneʒ quieuit in ſepulchro. ẜm aĩam deſcendit ad inferos.
vt fortior ſuꝑueniens fortẽ ſpoliaret armatũ. Tunc ibi: ʒ vnꝰ
militũ: Notetis ꝙ ſeꝑatim fit ↄſecratio corpis ⁊ ſanguinis xp̃i
ad denotãdũ ꝙ ſanguis chriſti in paſſione ſeparatus fuit a cor-
pore. Primo ſubtilis ſanguis. per ſanguineũ ſudorem. Secun-
do groſſus per flagellacõem. Tercio ſanguinis capitis. ꝑ coro-
ne ſpinee impreſſionẽ. Quarto ſanguinis neruorum. ꝑ clauorũ
infixionem. Quinto effluxit ſanguinis alens cor et vitã. ꝑ lan-
cee infixionem. Et ſic totus ſanguis extractus et ſeꝑatus fuit
a corpore chriſti. Et ideo in memoriam illius fit ſeꝑatim conſe-
cratio corporis et ſanguinis. Et dicit beatus Auguſtinus. Vi-
gilanti verbo euangeliſta Johan. capitulo. 19. vſus eſt. vt nõ
diceret latus eius ꝑcuſſit aut vulnerauit. Sed aperuit vt illic
quodãmodo hoſtium panderetur: Vnde eccleſie ſacramenta
manarunt. ſine quibus ad vitam. que vere vita eſt non intrat̃
Vnde ſubdit euangeliſta Johan: Et continuo exiuit ſanguis
et aq̃: Ille ſanguis in remiſſionẽ fuſus eſt pctõrũ. Illa aq̃ ſalu-
taris tẽꝑorat poculũ hoc ẽ lauacrũ p̃ſtat. ⁊ potũ hoc ꝑnũciabat
ꝙ in latẽ arche Noe hoſtiũ facẽ iuſſus eſt q̇ itrarẽt aĩalia. q̃ nõ

erant pictura diluuio quibꝫ ꝑfigurabatur eccleſia. ꝓpter hoc pri
ma mulier facta eſt de virili latere dormientis. ⁊ hic ſecūdꝰ adā
inclinato capite dormiuit in cruce. vt inde formaret̄ coniux eius
per id quod de latere dormentis effluxit. O mors vnde mortui
reuiuiſcunt. quid illo ſanguine mundius. quid illo vulnere ſa=
lubrius. hoc ille ad propoſitū. dicit Criſto. ꝙ ſanguis hirci ca
lidꝰ recēter effuſus. etiā adamātē frāgit. Ita nr̄i hirci ſciꝫ ſalua
toris xp̄i ſāguis p̄cioſꝰ p̄cordial' amore calidꝰ ⁊ ꝓ nr̄a oīm ſalu
te de corde ac toto corpe effuſꝰ ē. ñ ſolū corda adamatiua debet
frāgē imo veriꝰ omīb pessimā i nob̄ iueteratā maliciā. debꝫ ſua
gr̄a miſericorditer eradicare et etiam in bona vita cuſtodire. lo
qui plus et longius vere tn̄ tacere adhuc nō expedit. Sequit̄
textus: Mat. 27. circa finem: Altera at̄ die que eſt poſt paſce
uen. i. poſt ꝑparationē paſce. ſciꝫ poſt ſextam feriam in qua ꝑpa=
rabāt neceſſaria ꝓ ſabbato: conuenerūt principes ſacdotū ⁊ phari
ſei dicētes ad pylatū. dn̄e mō p̄mo vocāt eū dn̄m Et h̄ merito
vt rege et dn̄o vero interempto in ſuitutē aligenarum redige=
rentur. Recordati ſumus qꝛ ſeductor ille dixit. non ſufficit ſce=
lus mortis. niſi etiam poſt mortem famā laterent. Et ideo dicūt
ſeductor ille dixit. adhuc viuens. poſt tres dies reſurgā. Iube
ḡ cuſtodire ſepulchꝝ. vſqꝫ in dieꝫ terciū. Iero. diligencia eoꝝ
nr̄e fidei profuit. qꝛ quanto amplius ſeruat̄ tanto magis v̇tus
reſurrectionis oſ̄ditur. Ne forte veniāt diſcipuli eius. ⁊ furen=
tur eum. et dicant plebi. ſurrexit a mortuis. et erit nouiſſimꝰ
error peior priore. Rabanus. ignoranter verum dicit. qꝛ peior
erat. infidelitas reſurrectionis. q̄ꝫ crudelitas paſſionis. Cōfitent̄
ergo plane. quia prius fuit error in domini nece: Ait ergo eis
pylatus: habetis cuſtodiam. Ite et cuſtodite. ſicut ſcitis: quaſi
diceret. non tractabo de hoc. faciatis vos quod vultis Illi autē
abeuntes a pylato. accepta licencia. et habita cuſtodia de gen=
tilibꝫ monuerunt ſepulchrum: ſciꝫ cuſtodia hominū. ſignantes
ſigillis ſuis. ſiue annulis ſuis lapidem cum cuſtodibꝫ: qui erat
in hoſtio monumēti. vn̄ acceſſus erat in ſepulchruꝫ: p̄ntibus cu
ſtodibꝫ. In h̄ etiam apparuit malicia eoꝝ: q̇ etiā in cuſtodibꝫ nō
confidūt et inſup ſigilla poſuūt. Sed nōne ſabbatū erat. ergo
tranſgreſſi ſūt ſabbtū. r̄nſio maiora tranſgreſſi ſūt. ideo de mi=
nore nō curauerūt. q̇d aut̄ accidit illis cuſtodibꝫ. patet Mat.
vltio. et ſic patet ꝙ rex angeloꝝ et creator celi et terre. ꝓ nob̄
hodie mortē amariſſimā ſuſtinuit. et nos a ptāte dyaboli libera
uit. perutilis ꝓ nr̄a ſalute eſt meōria paſſionis. q̇d oſ̄dit multi
plicit̄. vn̄ finis ſactiſſime miſſe eſt meōria paſſionis xp̄i. Et dic

Albert9 magn9 ꝙ ſimplex recordatio ſeu meditatio paſſionis xpi plus valet ꝙ̃ ſi aliqͣs integrū ānū ieiunaret in pane et aq̄ Vel ſi cottidie flagellis vel vͣgis cederetur ad effuſionē ſanguinis vel ſi cottidie legeret pſalteriū vnū. Item in corde ſancti Cipriani figura ſancte crucis apparuit quia in maxima reuerencia paſſionis dn̄i habuit. Et quid ſit de ſancto Franciſco et qualiť xpi ſtigmata portauit in eius legenda reꝑitur. vn̄ ad ꝓpoſitū legiť ꝙ quidā heremita depcabať dn̄m. vt ſibi reuelaret cuiuſmodi ſeruiciū ſibi acceptabilius eſſet. Et ecce cum quadaʒ vice oraret in ſua cella. audiuit vocem et admirans. exiuit et vidit hominē nuduʒ nimiū afflictum frigore. dentes ſibi ſonabant. ⁊ totus miꝛabiliť trepidabat habēs ſuꝑ ſuam ſcapulā magnam crucē quā ꝑ terram vix poſt ſe portauerat: Tunc ille interrogabat eū dicens. Tu qͥs es. Cui ille ego ſum xpus. Et ille. O domine ad quid veniſti. At ille qꝛ tu me cōpuliſti. orando vt tibi oſn̄derē carius ſeruiciū. et acceptabilius qd̄ tibi oſn̄di. vt iuuas me crucem meā portare ſciʒ paſſionē meam in corde portando. et ſic diſparuit Legiť etiaʒ in dyalogo ceſarij. ꝙ quidā p̄ma de ordine regulariū tp̄e quodaʒ tanto ſopore fuit oppreſſus ꝙ niſi cicius dormiret moreret̄. qui cum in lecto ſe reclinaſſet. mox quidē conuerſus affuit dicens dn̄e. cuʒ licencia vr̄a vado. Et ille quo vadis. qui rn̄dit ad deum vado quia mortu9 ſū hac hora et prior Cum multi ꝑfecti tranſeunt ꝑ purgatoriū. quid eſt ꝙ tu tam abſolute dicis te ſtatim iterū eſſe ad deū At ille hēbam conſuetudinem. vt quociens ꝑtranſirem crucifixo hanc dicere orationeʒ dn̄e ꝑ illam amaritudinem quam ſuſtinuiſti in cruce maxime quando aīa tua egreſſa eſt de corꝑe tuo. miſerere anime mee. quando egreſſa fuerit de corꝑe meo Et exaudiuit orationem meā dn̄s meiqꝫ miſertus eſt. et ait prior quō fuit tibi morienti. q̄ rn̄dit mihi videbať ī agonia ꝙ tot9 mūd9 eſſet lapis vn9 et pmeret pectus meū. Itē erat quidā ſatis auſterā et ſtrictam ducebat vitam. ſed non ſm̄ ſcienciā dei. i. voluntatē. Naʒ iſte frater non comedebat cibos hominū ſed pecorum. Ipſe eniʒ ſūmo mane finitis ſuis orationibꝫ exibat de cella. ⁊ iuit ad loca amena. et comedebat ſolūmodo radices et herbas cibos iumētorū et in maximaʒ ſibi penam abſtinebat ab omnibꝫ cibis hominū. et valde maxime ſe affligebat ī quo credebat ſe maximū deo preſtare obſequium. Videns vero deus ſuam ſimplicitatem miſit ad eū angelū. qui ſibi dixit O frater mi. nimiū te affligis ſed modicuʒ fructum reportas. melius eſſet tibi manere in cella tua et comedere cibū hoīm. et cottidie memorari paſſionē xpi

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tui et turpiſſimã mortem eius ꝑ quã te et totum genus huam
num redemit de poteſtate dyabolica. hoc audiẽs frater et intelli
gens angelum dei eſſe de celo manſit in cella. et comedit cibos
hominũ et cottidie habuit memoriam paſſionis chriſti. cum la-
crimis et ꝑfecit in breui in magnũ miraculoſũ virũ. Aliud ex-
emplũ legitᷣ de venerabili epiſcopo noīe honoratorẽ ī magna
reuerencia habuit ymaginẽ crucifixi et ꝑ ↄſequẽs totã paſſio-
nẽ xp̄i. Cũ aũt ſimplex laicus eẽt dimiſſus in. Ep̄m elegitᷣ ſed clerici
eũ ↄtempſerͭt atq3 deriſerͭt. Cũ aũt vna dierũ miſſã celebraret et
dñs vobiſcũ cantaret clericis rñdere nolentibꝰ. crucifixus rñdit
et ſpũ tuo ⁊ amicis qui aderãt audiẽtibꝰ et h̄ maximũ honorẽ
ip̄ius et ſcandalũ ſuoꝝ clericoꝝ oīm. Factũ eſt aũt vt moreretᷣ.
et cum corpus eius ante maius altare locaretᷣ crucifixus ad al-
tare oculos ſuos reuoluit et ip̄m corpus diligẽtiſſime inſpexit
Cum aũt ſepulture traderetᷣ. et p̄ſbiter in fine miſſe diceret requi
eſcat in pace Clerici vero nũc ↄuerſi cognoſcentes eius ſãctitatẽ
p̄ triſticia dolore et fletu nõ rñderͭt amẽ Ipſe aũt crucifixus alta
voce omnibꝰ audientibꝰ rñdit amẽ. Sic crucifixꝰ ſuũ honorantẽ
honorauit hic in terris. q̄ntomagis hoc in celo fecit Itẽ quidã
dicunt ꝙ ioſeph ab aromathia a iudeis ꝑpᷣt hoc incarcatũ fuiſſe
et Nicodemũ latuiſſe. de Joſehp hẽtur in euãgelio nicodemi ⁊
in legẽda ſanctoꝝ. que dr̄ lombardica in die reſurrectōis. et in
feſto app̄loꝝ Philippi et Jacobi. de Joſeph ſic legitᷣ. Tytus in
trans in irl̄m. quẽdã murum denſiuũ vidit ip̄mq3 ꝑforari. pre
cepit factoq3 foramie quẽdã intus ſenẽ aſpectu et canicie vene-
rabilẽ inuenerͭt. Qui req̄ſitus quis eſſet rñdit ſe eſſe Joſeph ab
aromathia ciuitate iudee. ſeq3 a iudeis ibidẽ incluſum et muratũ
fuiſſe. eo ꝙ xp̄m ſepeliſſet. Addidit ꝙ ab illo tp̄e vſq3 nũc cele
ſte cibo ſit paſtus. pᷣt eſſe ꝙ Joſeph p̄mo a iudeis fuit captus.
et a xp̄o liberatus. et in arimathiã poſitus. et deinde poſtq3 nõ
ceſſauit p̄dicare. xp̄m iteꝝ a iudeis fuit captꝰ. ⁊ in ergaſtulo vt
p̄mittitᷣ incluſꝰ ⁊ tm̄ de 3° p̄ncipali in p̄ncipio p̄miſſo ⁊ de tota
paſſiõe dñi nr̄i ihū xp̄i. regis pacifici quã paſſionẽ vob̄ quẽad
modũ deſideraſtis deſcripſi. Et ſiq̄d in ſup̄dictis ſeu ſcriptis repe
tis dignũ laude dīne grē. Si vero indignũ inſufficiẽcie hũane
et mee ignorancie aſcribatis. hanc tñ mercedẽ laboris apd̄ vos
expecto. vt ꝑ me apud iudicem equiſſimum preces fundatis hu
miles et deuotas. Deo gracias.

Societ' Jesu Paderbornæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN